

Panor. super secunda Primi.

riis fertur sententia parte non citata, de quo de iure iu. c. ad nostram. il. iii. de appel. c. cum sit, de coha. cle. & mu. cap. vestra. de ele. c. bonæ. de verb. sig. c. ex parte. glo. de rescri. ca. ab excommunicato, No. quarto q̄ alligatus alteri matrimonio non potest licite eligi, & quod eligentes sunt priuandi potestate eligendi, litera dicit quod suspendendi sunt, dicā cum glo. Et no. quod quis puniendus est in quo peccauit. Circa hanc partem opp. & videtur quod translatio non legitima non sit notoria, quia possibile est q̄ transiuerit cum licentia, & hoc cum licentia potest esse occultum, q̄ non patens oculis, de cleri. excom. c. illud. Sol. quod transiuit, non potest esse nisi notorium, q̄ autem cum vel sine licentia transiuerit, potest esse non notorium, tamen sufficit factum esse notorium, ex quo licentiæ datio habet se per accidens in qua grauat onere probandi, vt patet in c. vestra. de coha. cle. & quod ibi plene no. tales enim circumstantiæ habentes se ex accidenti, non impediunt effectum notorii. Opp. q̄ non sint suspendendi, sed priuati ipso iure, vt patet de elect. c. cum in cunctis. Sol. dic q̄ hic non peccauerunt eligendo, sed recipiendo absque licentiā papæ, quia forte postulerunt, vel dic suspendendos, id est suspensos esse & c. sed dices hoc non sufficit, quia debent esse priuati, dic q̄ ista pena q̄ priuati sint, est suspensio, quia ex toto nō sunt priuati, licet ad tempus, vt dixi, de electio. capit. bonæ.

5 † Venio ad vltimam partem. No. q̄ derelinquens ecclesiam & attentans aliam, caret vtraque quia priuandus est vtraque prima propter superbiam, secunda propter auaritiam. Quæro quando habet locum pœna vt priuetur secunda habitatio? dic q̄ hoc procedit siue transiuerit absque licentiā ei⁹ cuius erat prima, de renun. c. admonet. xvii. q. i. c. non oportet, siue ex eo, q̄ transiuit absque licentiā illius cuius est eccle. ad quam transiuit, quam sua autoritate non debet occupare, de præben. c. eum qui. lib. 6. dic tamen, q̄ si vnam dimisit cum licentiā, & aliam apprehendit sine licentiā, q̄ illa priuandus est tantum, in qua licentiā nō obtinuit, ne pl⁹ extendatur pœna & c. de his quæ fiunt. a ma. par. cap. q̄ siuit

6 † Quæro an transiens ad secundam absque licentiā, sit priuandus, seu priuatus prima ipso iure? dic q̄ nō est ipso iure, sed priuandus est, & sic remanet episcopus prioris ecclesiæ, & priores clerici adhuc ei obedire tenentur. Item ibi renunciatio non tenet, de renun. c. quod in dubiis. nam est lata sententia res statim non perditur, vt Insti. de offi. iud. §. si licet circa iura statim sententiā suam sequatur effectum, ff. de pē. l. in seruorum. S. si. per quod patet, q̄ non perdit ecclesiam ex transitu, sed superioris rati habitatione. dicit Io. And. q̄ in curatis sumus expediti per decre. de multa de præben. in episcopatibus autem, in quibus nihil est statutum, & quibus non potest renunciari religionis fauore absque licentiā papæ, aliud est, & procedunt dicta, ad hoc quod no. de concel. præb. c. cum nostris.

S V M M A R I P M.

- 1 Argumentum de matrimonio carnali ad spirituale, ualet.
- 2 Matrimonium non potest dissolui ab alio, quam a Deo.
- 3 Argumentum a maioribus in exorbitantibus non procedit, nu. 7. 8
- 4 Dicitur, dumtamen, facit actum conditionalem.
- 5 Maius si concedatur, an concessatur concessum minus, uel equale.
- 6 Indulgentia an sit latissime interpretanda?
- 7 Priuilegium semper est intelligendum, vt aliquid addat iuri communi.
- 8 Priuilegium uel beneficium an est quando patitur interpretationem extensiuam.
- 9 Ambitio ex quibus presumatur.
- 10 Eligi uel postulari quando quis debeat.
- 11 Ex amen quando requiritur an aliquis sit idoneus, non est citanda pars.

C A P. IIII.



Licet. Solus papa transfert ep̄os, & indulgentia eius super tali translatione concessa ad literam seruanda, & strictissime intelligenda est. h. d. Primo ponit dictum. Secundo, ibi, hoc autem, recitat factum. Tertio respōdet obiectioni, ibi, nec illa. † No. i. q̄ licitum est arguere de matrimonio carnali ad spirituale, & e contra, de quo de spon. ca. cum apud. † No. ii. q̄ carnale matrimonium non potest dissolui ab alio, quam a Deo. Et sic procedit, Quos Deus coniunxit, homo non separet. Et no. q̄ illa uerba sunt euangelii, Quos Deus coniunxit & c. Nor. 3. q̄ matrimonium spirituale contrahitur inter electum & ecclesiam, non inter eligentes & electum. alibi

dicitur q̄ inter eligentes & electum. sup. de elect. c. cum inter canonicos, & inf. vt li. non conte. c. quoniam. S. sin autē, quod intelligit, vt per Innocen. dixi. sup. c. inter corporalia.

3 † No. iiii. matrimonium posse itellestualiter considerari partitue, & constri per partes. s. tres, quia partem participii recipit in consensu, partem ratificationis in confirmatione partē consummationis in consecratione. Et no. q̄ tale nō potest absolui absque autoritate apostolice sedis. Et no. q̄ vinculum non est nisi iter episcopum, & ecclesiam, de quo sup. de postul. præla. c. si. non est ergo inter ecclesiam, & inferiores prælatos. No. v. quomodo dicitur quis delinquere ex præsumptione. † No. vi. quod indulgentia contra ius est strictē intelligenda. Et aduerte quia hoc probat rex. hic, et quatenus agitur de præiudicio concedentis, & hoc quando conceditur per viam priuilegii. & sic no. quod indulgentia, vt stricti iuris ad limites verborum est restringēda. No. vii. quod ex permissione transitus ad maiorem non v̄ permissum transire ad maiorem, quia causa concessionis fundatur super maiori utilitate, quia maior reperitur utilitas, in maiore, quam in minore. Secus quando fundatur super habilitate personæ, quia si est habilis ad maiora, est habilis ad minima. Vel possumus colligere, q̄ ar. et a maiori nō p̄cedit in exorbitantibus. vnde non sequitur dispensatū est, in maiori, ergo concessum est in minori, ad hoc de præb. c. cui de nō sacerdotali. in 6. † No. viii. de effectu istorum verborum, dumtamen, quia reddunt gratiam conditionalem ad certitudinem, vel indagacionem eius, quod sub illa oratione iungitur. unde cautum est dicere, dumtamen nihil obuiet de canonicis institutis. i. si nihil obuiet. Et no. quod talis oratio seu gratia tanquam conditionalis effectum non operatur ante purificationem, & certificationem, an aliquid obuiet, seu in materia, seu in forma electionis & postulatione. No. ix. q̄ hæc clausula, dumtamen nihil obuiet & c. dat causā cognitionem super eo, quod subiicitur vt principali clausulæ, & si hoc est priuilegium, cognitio v̄ reseruata ad personam concedentis priuilegii, cognitio v̄ reseruata ad personam concedentis priuilegii, ad hoc. inf. de iudi. c. cum venissent. & sic hæc clausula non sonat in monitione tantum, sed tribuit etiam examinationem, vide de. i. de off. si. deleg. & quod no. in c. fin. de præsum. Hic habemus tria. Primo habemus causam, ex qua papa concludit temeritatem transeuntis. Secundo habemus transitum & factum temerarium. In tertia tollit excusationem allegatam. Venio ad primam. Primo v̄ quod papa hic sit superflu⁹ in isto tit. in hac autoritate, quia idem per idem repetitur. Sol. Boa. dicit, in primo c. papa probat per locum ab autoritate. In secundo probat per locum a minori. In tertio probat per locum ab antiquitate. hic per locum a simili. Secundo oppositum glo. quæ est super ver. initiatum, hic dicitur matrimonium initiari, & deinde confirmari, per hoc præsupponitur matrimonium perfici per partes, & sic habere partes diuiduas, hoc est falsum, quia vinculum matrimonii momento, perficitur, uel statim est, vel non est, ergo non potest capere finem principii, vel medium in partes, quia hæc capiunt tractatum necessario. quod momento expeditur. patet. xvii. q. ii. c. ii. vbi patet, quod est res idiuidua, & aut est, vel non est in momento. Gl. respondet quod si ponderetur matrimonium penes ipsam vinculi substantiam, & medium, quod ad illa, quæ substantialiter producant carnale, non expeditur

A D D I T I O N E S.

- a ¶ De matrimonio carnali ad spirituale. Vide plene per istum in ca. 2. & ibi an hoc sit indistincte verum. inf. de trans. & 7. q. i. c. sic, & ibi Arch. Car. in c. 1. q. 3. uer. qui etiam de concel. præb. Zac.
- b ¶ Ex præsumptione. No. tamen quod omnis in obediens dicitur contemere & peccare ex temeritate. notat Do. in c. de libellis, ad fin. 20. dist. late pont. Fel. in c. 2. col. 3. de maio. & obe. Seb. Sap.
- c ¶ Istorum verborum, dumtamen, vide per Bar. in l. si quis ita, de condi. & dem. & in l. uxorem, & ibi Dy. & quod no. in apost. ad ipsum, ff. de leg. 3. vbi dicit, q̄ verbum, Dumtamen, facit conditionem uide eundem Dy. in l. qui concubinam, c. ti. plenissime per Bar. in l. 1. col. 4. ff. de condi. & demon. Zac. ¶ An hæc dictio, dumtamen, faciat conditionem, vltra hic alleg. uide quæ no. Bar. & Doc. in l. si decem cum petero, & in l. centesimis, & in l. eum, qui ita, in §. qui ita, ff. de verb. ob. & quid de dictione, dummodo, dicas, quod importat modum, ut per Bar. & Doc. in l. quibus diebus, in §. si. de cond. & demon. & de huiusmodi dictionibus, dumtamen, & dummodo, an & quando importent conditionem, uel modum, uide per Spe. in t. de leg. 1. s. pe. uer. sed quid si indulgentia. & uide gl. in cle. cum ei quem, de concel. præb. & aliam glo. in cle. non potest, de præb. lib. 6. quæ videt dicere, q̄ important conditionem, & necessarium est conditionatum existere, quia conditiones sunt in specifica forma implendæ. l. qui hæredi, & l. Marcus, ff. de condi. & demo.